

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Sacerdos ar cum fonte primo

Accessit ad Ihesum Petrus,
accessit et Iudas, accesserunt discipuli,
accesserunt et milites crucifigentes.

Accedunt et peruersi sacerdotes qui ea
que offeruntur in mensa Christi,
offerunt in mensa dyaboli. Ipsa est
alea fabeti; in illa Deum inuocant, in ista
periurant.

Legem Dei nec sciunt nec discunt,
uacantes ocio, commessacionibus et
ebrietatibus student, terrenis inhiant,
terrena sapiunt; assidui in plateis,
in ecclesia rari, tardi ad
inuestigandum culpam peccatoris, parati
ad querendum uestigia leporis,
uelociores ad congregandos canes quam
ad uocandum pauperes. Libencius
porrigunt panem cani quam pauperi;
plures seruiunt eis ad mensam quam ad
missam;
famulos aut famulas secum habere
uolunt, sed clericos habere non possunt
quia nolunt. Hii sunt quorum thalamus
ornacior est ecclesia sua,
mensa paratior altari,
ciphus calice precisior,
equus carior missali,
cappa pulchrior casula,
camisia delicatior alba.
Ecce quomodo obscuratum est aurum,
mutatus est color optimus, dispersi sunt
lapides sanctuarii in capite omnium
platearum.

Hugo ibidem de XII abusionibus.

Accessit ad Jesum Petrus,
accessit et Iudas,
accesserunt et milites crucifigentes
(Matth. XXVII). Accedunt quotidie ad
corpus Christi religiosi,
accedunt et perversi sacerdotes, qui ea,
quae offeruntur ad mensam Christi,
offerunt in mensa diaboli. Ipsa est
alea fati, in illa Deum invocant, in ista
perjurant, non enim orationi vacant, sed
lusibus exsultant,
legem Dei nec sciunt, nec discunt,
vacantes otio, comessationibus et
ebrietatibus student, terrenis inhiant,
terrena sapiunt; assidui in plateis,
in ecclesia rari, tardi ad
investigandam culpam peccatoris, parati
ad inquirenda vestigia leporis,
uelociores ad congregandos canes, quam
ad convocandos pauperes; libentius
porrigunt panem cani, quam pauperi;
plures seruiunt eis ad mensam, ad
missam nullus;
famulas aut famulos habere secum
volunt, sed clericos habere non possunt,
quia nolunt. Hi sunt, quorum thalamus
ornatior est ecclesia;

equus charior est missali;
cappa casula pulchrior;
camisia delicatior alba.
Ecce quomodo obscuratum est aurum,
mutatus est color optimus, dispersi sunt
lapides sanctuarii in capite omnium
platearum (Thren. IV).

Hugo de Folieto, *De claustro animae*
libri quatuor, 2, 23 (PL 176, col.1085B-
1086A).